







1702.

1. Beierus, Adrianus, Collegii juris Dni decanus: De vestitu  
factorum, occasione l. 20 l. de pact. Programma  
inang. (lectioni auspicali Decandri Hieronymi Clasen  
praemissum).
2. Beierus, Adrianus: De scandalo.
3. Beierus, Adrianus, Collegii juris Dni decanus: De  
Dominio thesauri ad l. un. C. de thesaur. Programma  
inang. (lectioni inang. Hieronymi Schrammi proae-  
missum)
4. Beierus, Adrianus, Collegii juris Dni decanus: De  
Clientela debitorum, occasione l. 3 C. de novat.  
Programma inang. (lectioni auspicali Henrici  
Kreyenberg praemissum)
- 54.<sup>b</sup> Beierus, Adrianus, Collegii juris Dni decanus: De  
parte una, occasione l. un. C. de monopol. Pro-  
gramma inang. (lectioni auspicali Gualtheri Nagel  
praemissum). 2 Saempl. 1702. 1759

1702.

6. Beyerus, Adrianus: De libris hexatorum  
mechanicis. 11
7. Brucknerus, Gustavus Hieronymus: De autoritate  
juri canonici. 12
- 8<sup>at</sup> = Brucknerus, Christoph. Freder; Cuzji juris... Decanus: 13  
De abusibus appellationum tollendis; et hac ratione  
libris citius terminandis (adlectionem cursoriam  
Christophi Frederici Kessleri invitata). 2 exempl. 14.  
15.
9. Brucknerus, Gust. Hieronymus; Fac. juridicae Decanus:  
De libertate testandi (adlectionem cursoriam Johannis  
Petri Madhies invitata) 16.  
17.
10. Brucknerus, Guil. Hieronymus; Fac. juridicae  
Decanus: De Discriminibus, quibus moderni a veteribus  
Romanis in causis ad matrimonium spectantibus  
distinguntur (adlectionem cursoriam Johannis  
Jacobi Romeri invitata) 18.  
19.

1762.

11. Frisen, Joh. Berthardus: De donationibus simplicibus inter conjuges validis.
12. Frisen, Joh. Berthardus: De terminis vitae.
13. Lungenhausen, Joh. Jac.: De conditione academica.
14. Stock, Fried. Joh.: De probatione filiationis.
15. Treiber, Jo. Philippus: De nobilitate novis iure respectu habitis.
16. Treiber, Jo. Philippus: De Judaeorum perversa licentia accusatos petulantem tractandi coram J. d. c. i. o.
17. Wildvoegelius, Christianus, Collegii Juridici ... Decanus: De signo manus regiae. Programma in ang. flectionis auspicali Samuelis Bestfusii praemissum.)
18. Wildvoegelius, Christianus: De inutibilibus sponsaliorum divisionibus.
19. Wildvoegelius, Christianus, Collegii Juridici ... Decanus: De scyphanthia. Programma in ang. flectionis auspicali Johannis Wilhelmi Dietmari praemissum.)

1702.

20. Wildvogel, Christianus: De officio actuarii

21<sup>a, b, c, d, e</sup> Wildvogel, Christianus: De testamento holographico ecci-  
proco. 9 Sept. 1702 21755.

22<sup>a, b, c, d, e</sup> Wildvogel, Christianus: De eo, quod justum est  
circa deprecationem ecclesiasticam. 5 Sept. 1702  
1757.



1702, 1

68.  
12 1

# ADRIANI BEIERI, D.

PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI  
ORDINARIII,  
CURIÆ PROVINC. ET SCAB. ASSESSORIS,  
COLLEGII JURIDICI HODIE

DECANI,  
*occasione l. 20. C. de Pact.*

*De Vestitu Pactorum,*

## PROGRAMMA INAUGURALE.

P. P. Jena Dom. XIV. Trin. 17. Sept. 1702.

---

J E N Æ,  
LITERIS WERTHERIANIS.

*Jes. Hieron. Clasen*



ADRIANI BEIERI D.

PANDACTARUM PROFESSORIS PUBLICI  
ORDINARIJ  
GRÆVE PROVINCE ET SCAB. ASSessoris,  
COLLEGIJ IURIDICI HODIE

LEGATI  
C. P. P. P.

De Nominis Paganorum

PROGRAMMA INAUGURALE

et. Paganorum. Nominis Paganorum

LITERIS WERTHERIANIS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





F. F.



**I**n principiis prudentiæ nostræ Juris ri-  
te tradendis, proximum à Definitio-  
ne locum occupant DIVISIONES;  
tantò attendendæ curatius, quantò  
multæ ex illis à genuina dividendi  
ratione discedunt amplius; atque  
adèd seu figuratà oratione salvandæ,  
seu proluxa explicatione dilucidandæ, vel ab æquivoca-  
tione liberandæ demum veniunt.

Ut jam non dicam de DOLI in BONUM & MALUM  
divisione; quam argumentò rubricæ Digestorum de Dolo  
malo, sed non citrà absurditatem excogitatam dicunt ali-  
qui, quoniam non sit dolus absque malitia; particula  
autem MALUS pro mero inserviat epithetho, sitque non  
oppositiva & distinctiva, sed explicativa. Id quod hodi-  
ernæ acceptioni vocis Doli congruit etiam; quia tamen  
origine suâ fuit in MEDIIS, ut affectus cœteri, in utram-

que partem flexilis; opus fuit, per adpositionem Boni an Mali, datâ occasione discerni.

At illa, qua Methodici doctrinam de Jure Rerum in Jus IN re, distinguunt, & AD rem; eo quidem fesu, ut membrò anteriori DOMINIUM, & quicquid sub latiori ejus acceptione comprehenditur, innuant: posteriori rursus totam OBLIGATIONUM generationem includant, Creditu quàm intellectu est facilior. DOMINIUM quippe, tam corporalium, quàm incorporalium, particularium perinde ac universalium rerum, Qualitates sunt morales, quæ corpora afficiunt, illis inhærent, ea qualificant atque diversificant; ut inde res propriæ vel alienæ; liberæ vel nexu aliquo, pignoris an servitutis vincitæ; hereditariæ vel cujusque labore quæsitæ dicantur. Contrâ, OBLIGATIO neque moralis qualitas est neque naturalis; Sed Juris vinculum, quo necessitate adstringimur alicujus rei præstandæ: Instrumentum ergo, & ut sic dicam equuleus! cum juribus in re nequaquam sub eodem censenda genere.

Intricatior adhuc est Contractuum, Actionum, Judiciorumve in STRICTI JURIS & BONÆ FIDEI divisio; cujus membra dividenda ita luxata sunt atque lacera, ut multum luminis consumas, oppositionem & differentiam specificam indagaturus, neque inveneris tamen! Strictum jus enim Æquitati; Fides autem bonæ malæ, apud JCtos opponitur: sed, qualiter hæc seu ad actiones, seu ad contractus, aut ad judicia invicem discernenda cum fructu applicaveris? Credideruntque adeò aliqui; Contractus omnes esse bonæ fidei; certè oportere! unde

sup

s A

alterius

ulterius progressi, affirmarunt: Jure Canonicò, quod conscientiis alioquin consulere satagat, sublaram penitus esse divisionem hancce. Pro qua tamen juvanda sustinendaque dicere posses: Bonam fidem aliam Æquitatis esse, quæ dirigat Judicem; aliam Candoris ac sinceritatis, quæ dirigat Partes: Stricturam autem Judicis, non ad Rigorem Juris, sed ad Pacta conventa tendere: aut, si admittere velis ea, quæ ad Schnobelii *Disp. feud. V. tb. 3.* notavimus quondam.

Ut aded circa Divisiones occupatum, ad fundamentum dividendi curatè oporteat attendere, unde sumtum sit. Quotuplices non sunt Actionum in disciplina Juris divisiones: ita implicitæ atque intricatæ, ut quorsum tevertas cunquæ, captus tenearis. Dantur Directæ, Utiles, Contrariæ; sic tamen, ut una eademque sit Omnia! TUTELÆ nim. quæ, si Pupillus agat contra Tutorem, Directa est: si Minor adversus Curatorem, Utilis, & tamen directa: Si Tutor contra pupillum, Contraria, sed non minus directa; Si Curator contra Minorem, Contraria simul & utilis: proit videlicet actio directa modò, tanquam genuina & nativa, opponitur utili, ex interpretatione extensiva oriundæ: modò contrariæ, ad solum æquilibrium & indemnitate tendenti. Actiones Fin. reg. Comm. divid. & Fam. erciscundæ, sunt & dicuntur actines mixtæ; quod prædicatum actio Quod metus causâ cum iisdem habet commune; diversissimò tamen respectu: Illis quidem, ratione fundamenti, quod partim ex jure in re competant, partim ex jure ad rem: Huic autem, ratione objecti cogitati: quatenus & rem persequitur & pœnam.

At enim, Ludos dixeris hæc, in relatione ad illam PACTORUM in NUDA & VESTITA divisionem, si non & ipsa Jocus est. Num verò ad exemplum Protoplastorum, Pacta primum creata fuerunt nuda, quæ cum nuditatis puduit suæ, pallia sumserunt? Ecquæ verò illorum sunt ingredientia, Linum an Lana? quis Habitus? Hispanorum status; an Gallicanus in singulos menses variandus, transfigurandusve?

Verum est, Formula PACTUM NUDUM, non in Scholis modò Pactorum frequentata, prout Hermogenianus in *l. 45. ff. de Pact.* eâ utitur; verum nec aulicus eam abhorret stylus: dum Imp. Severus & Antoninus in *l. 1. C. de Pact. convent.* Alexander, in *l. 10. C. de Pact.* Diocletianus & Maxim. in *l. 20. C. eod. & l. 27. C. Locat.* eandem usurparunt: nec longè ab hinc recedit Ulpianus, Nudam pactionem, in *l. 7. §. 4. ff. de Pact.* vocans. VESTITUM contrâ, altum in Jure silentium! quod movit non unos, vocem illam NUDUM non oppositivè accipere, per quandam *διαβολήν*, uti quidem DOLUS MALUS supra dicebatur: quo de videri potest Cujacius *ad Tit. ff. de Dolo mal. Tom. III. Operum. col. 149. D.* Sed ut merum, *ἄπληστον*; non secus ac verbum LONGA. *rubr. C. que sit long. cons.* quæ sententia est Wesenbecii *parat. ff. de Pact. n. 2.* iniquitatis: Nuda enim dicuntur pacta, non quod Vestitis opponuntur, sed quia nuda pactionis æquitate constant; etiam tum, cum ad agendum sunt efficacia, & ut Nostri loquuntur, Vestita. *l. 1. C. de Don. per l. Juris gent. §. 1. Sed cum nulla. 4. & §. quinimò. 5. l. 27. §. 1. pactus a. 6. l. 1.* Semper enim nudum est, quæ pactum est, licet actionem ponat.

„nat, quatenus in contractum cadit. *l. divisionis. 45. b. 1.*  
 „*l. f. C. de Rer. permu. l. 1. C. de Pact. convent.* quo sen-  
 „su VOLUNTAS (§. 44. *J. de R. D. §. 1. J. de Her. qual.*  
 „*& diff.*) & alia multa in Jure nostro NUDA dicun-  
 „tur: & quæ addit plura; primò quidem intuitu specio-  
 „sa, sed quæ tamen ad evertendam hanc divisionem haud  
 „suffecerint, ut prolixè refutat Hahnus

Idem Ulpianus, qui *d. l. 7. §. 4. ff. de Pactis*, Pactio-  
 nem dicebat Nudam; alibi, in *l. 15. ff. de Prescr. verb. Con-*  
 „ventionem, commemorat NON-NUDAM: Ecquæ verò  
 „illa alia, quàm Vestita? neque ulli etiam alii quàm Nudo,  
 „Vestitum opponitur: quo sensu ergo accipitur unum  
 „oppositorum, eodem accipitur & alterum! & qui unam  
 „dicendi rationem recipit NUDI, alteram VESTITI im-  
 „probare non potest. Figurata esse locutionem fateor:  
 „absonam à Jure, pernego! *Metaphora* est, ab ipso corpore  
 „humano desumpta, quod, cum aerem neque frigidum ni-  
 „mis neque calidum ferre potest, operimentò foveri desi-  
 „derat; quorsum Justinianus ipse alludit in *l. f. C. de Pact.*  
 „*int. emt. & vend.* tale pactum inquires ex nostra lege  
 „esse FOVENDUM: En, habemus & materiam palliorum  
 „ex qua; & figuram externam! Habent autem fomentum  
 „tale, vel ex approbatione & assistentia Legis, ut Pactum  
 „legitimum, Donatio, Constitutum; *l. 6. ff. b.* vel ex co-  
 „hærentia contractus cui incontinenti sunt adjecta *l. 7. §. 5*  
 „*eodem.*

Affirmat quidem collocutor ille Marci Mantui per-  
 „sonatus, Carolus Belga, *Paralip. l. p. 579.* JCTos ne dum  
 „propriè, verùm etiam propriissimè locutos fuisse: faten-

te Mantuâ; cum declaratione tamen: *NON SEMPER!* ex quo verum sit, Actionis nomen, personalium esse; Petitionis, realium; effatò Papiniani, in *l. 28. ff. de Obl. & act.* Marcianus tamen in *l. 5. pr. ff. de in lit. Jur.* Actionis nomine ad reales abutitur. Inofficiosi querela, civilis indubie actio est, & tamen Ulpianus Accusationem iteratò, in *l. 6. §. 7. & l. 27. pr. ff. de inoff. test.* appellat. Ter-giverfari verbum criminalibus negotiis peculiare est ac genuinum, *l. 1. ff. ad SCt. Turpil.* nihilominus Ulpianus in *l. 7. ff. de Judic.* trahit ad civilem. Imò, quod ipsis solis JCtis potestas improprie loquendi data est, non aliis; concludit tandem, posseque in hanc rem sexcenta pro- duci exempta alia: quorum aliquot etiam proponit Al- ciatius *Libr. IV. de V. S. & Parergon Libr. I. Cap. VII. col. 244.*

Et sanè, non ullâ sæpè sermonis luxuriâ, sed ipsissimâ necessitate compulsi Figuras JCti adhibent rhetoricas: nec potuit illa Ulpiani negativa: pactum *NON nudum*, appositè magis positivè reddi, quàm per *VESTITUM*. Ea est enim vis figuræ illius, quæ in scholis Rhetorum, ἀπειρίτης audit, ut neganda afferret fortius, pro ut in illo Virgilio i, *Æneid.*

Non ignara mali miseris succurrere disco: innuitur: Valde exercitata: & cum optimè quid alicui cessurum, pollicentur, Nulli damno futurum dicimus, *solst dessen keinen Schaden haben*: contra Nulli lucro futurum, cum pessimè cessurum minamur: Figuræ igitur *NON NUDUM*, figura *VESTITUM* reddita, & Leptotis per Metaphoram compensata.

Dicere



§§ (9) §§

Dicere hæc volumus occasione textus in *l. 20. C. de  
Pact.* quam pro lectione solenni repetendam sumfit sibi  
Jurium Candidatus eximius

D O M I N U S  
**ALEXANDER HIERONYMUS  
CLASEN, Lubecensis,**

Natus in Libera & Imperiali Civitate Lubeca, Patre Virò  
Magnifico atq; Excellentiss. DN. PETRO CLASEN, JCro  
Consummatissimò, Consil. quondam Saxo-Lauenburgicò  
& Cancellariæ Directore, deinceps verò Consil. Saxonico-  
Electoralis; Matre Matronâ omnibus virtutibus sexum-  
suum decentibus ornatissimâ, MAGDALENA-JUDITH,  
natâ SONNEMANNIN, jam inter beatos existente. Hi Pa-  
rentes eum tum ad pietatem, tum ad studia humaniora,  
solicite educarunt; Imprimis verò privatâ eâque fidelissi-  
mâ informatione solertissimorum in hac palæstra Viro-  
rum imbuti curarunt, donec tandem Dni M. MARTINI  
GOLDELI, Gymnasii Lubecensis Con. Rectoris meritis-  
simi, doctrinis erudiri dabatur. At, ne domi omitteretur  
quidquam, quod ad promovenda ejus studia facere posset,  
ipse Dn. Parens carissimam hanc sobolem informare non  
dedignatus est, prælegendo ei Institutiones juris Justinia-  
neas, ut eò aptior esset ad capiendas solidissimas Profes-  
sorum, quibus mox tradendus erat, disciplinas. Jactis ita  
domi fundamentis, primò vere Anni 1699. ad Academiam  
Juliam, quæ Helmstadii floret, ablegatus, ibique Studioso-  
rum numero adscriptus, nihil potius habuit, quàm ut cele-

B

berri-

berriorum ibidem Doctorum scholas tam publicas quam  
 privatas sedulo frequentaret; imprimis vero laudavit No-  
 bis Celeberrimi Jcti DN. JOHANNIS EISENHARTI præ-  
 lectiones privatas ad Institutiones Justinianas, nec non  
 DN. CASPARI CORBERI, tum temporis Eloquentiæ  
 Professoris, jam pie defuncti, lectiones Historico Genea-  
 logicas, de Principibus Germaniæ: & deniq; DN. PHILIP-  
 PI LUDOVICI BOEHMERI, Moraliū ibidem Profes-  
 soris, prælectiones privatas ad Institutiones Moralis Scien-  
 tiæ Consultissimi Dn. JOH. EISENHARTI. Cum vero  
 post elapsū aliquod temporis spatium provida Parentis  
 cura Nostri inde avocasset, primum Electoral. Lipsien-  
 sem, deinde Regiam Hallensem florentissimas Academies  
 visitare jussū; eā occasione, ad nostram ubi accessit, ibi-  
 dem subsistere placuit, ac Celeberrimorum DDrum præ-  
 lectionibus, tam publicis, quam privatis sedulo interfuit:  
 imprimis vero privatim Scholas Politicas DN. GEORG.  
 SCHUBARTI, Orator. & Hist. PP. b. m. ad Institut. BOE-  
 CLERI frequentavit, Structuræ Jprudentiæ fundamenta  
 tanto positurus solidiora: tum quoq; DN. JO. CHRISTIA-  
 NI SCHIROETERI, PP. extraord. & Curia Provinc. Adv.  
 Ordin. prælectiones privatas ad partem priorem Syntag-  
 matis Struviani audivit; impensè vero nobis laudavit  
 DOMINI HINRICI ERNESTI FLOERKII, Cur. Provinc.  
 Saxon. Advocat. Ordin. prælectiones privatas; sub cujus  
 quippe fidelissima Manuductione non solum Jurispru-  
 dentiam forensē, & utrumque Syntagma Juris, tam ci-  
 vilis, quam feudalis Struvianum; Sed & DESSELII Ero-  
 temata Juris Canonici absolvit; jungens quoque, ne quid  
 dees-

deesset, Introductionem Juris publici Suederianam, eodem prælaudato DNO FLOERCKIO præeunte. Tandem meis quoque lectionibus privatis ad Examen Juris Feudalis Illustris STRYCKII interfuit, unde intimius innotuit mihi, ut tantò nunc minus dubitem, tam vitæ innocentia, quàm adhibitæ ad studia industria debitæ testimonium impertire. Quando enim votis Optimi Parentis ex debito respondisse, non suâ solius assertione; Sed publicâ probatum dare intendit fide, atque paucis abhinc diebus Facultatis nostræ Collegio desiderium amplectendi summos in Jure honores aperuit, nostræque censuræ se submitit, in examinibus privatis tales in jureprehendimus illius profectûs, ut aptissimus censeretur, qui in publico etiam cœtera edat specimina; quorum primum erit lectio, quam dicimus, Cursoria; cui selegit textum in *l. 20. C. de Pass.* Huic actui, ut tantò majori splendore coruscet, Magnificum Dominum Pro-Rectorem, cœterosque Dnn. Professores, Doctores, Magistros, Juriumque Studiosos Generosos ac Nobilissimos, eâ quæ par est reverentiâ & obestatione, non Candidati solius, aut meò, sed totius Ordinis nostri nomine invitatos volo, velint crastini Lunæ diei horâ decimâ antemeridianâ in Auditorio nostro haud gravatim eâ comparere fiduciâ, gratâ id mente acceptum iri, atque in similibus ad paria paratissimos nos fore. PP. Jenæ sub sigillo Facultatis,

Dom. XIV. post Trin. d. 17. Sept.  
MDCCLII.

§§ (L.S.) §§

62 (11) 28

deest; Intentionem facti publici secretam, eo-  
dem tractate DNO HERONDO propterea. Tan-  
dem in fine propter sectionem pte. is ad Examen juris  
Fendstallibus YRXXII impletis, unde innotuit inno-  
uit nisi in tali hanc minis dicitur, tan vix inno-  
xit, quam adhuc ad hunc indultus debuit testimo-  
nium impetrare. Quoad enim vobis Opami Partem  
ex debito respondit, non vel solus auctoritate; sed pu-  
blici propterea dare iuravit, sique pauca, solum  
hicque Facultatis nostre Collegio debet, in amplifica-  
di summo in hoc honore spectat, nostraque cultura  
is solenne, in examinatione, etiam talis in hoc spe-  
redimus ubi proficinas, ut spiritum accitetur, qui  
in publico exam. ceteris casu. sectionibus; quorum pu-  
munt uti lectio, quae innotuit, Cuiusque, cui solenniter  
minimae est, sicut. Innotuit, octavo notat  
dote contentis, sicut in notat, sicut  
essentia sicut. Professores, Doctores, Magister, In-  
truncque studiosos Generales et Nobilissimi; et qua  
per exerecitus et oblatione, non Casibus totius  
sui innotuit, sed totus Ordini, nostri nomine innotuit solo  
veluti ceteris. Innotuit, sicut hanc debetis innotuit in  
Auditorio nostro hanc gravium et comparere adnotit,  
grati id merito acceptum si, sique in similibus ad parat

gradualiter nos fore. Pp. Juxta sub sigillo Facultatis  
Dom. XIV. post Trin. d. 17. Sept.  
MDCCL

(L. S.)



Jena, Diss., 1702


VD -18



f

56.





1702

# ADRIANI BEIER

PANDECTARUM PROFESSORIS  
ORDINARIII,  
CURIÆ PROVINC. ET SCAB. AS  
COLLEGII JURIDICI HO

DECA NI,

*occasione l. 20. C. de Pact.*

*De Vestitu Pactorum*

## PROGRAMMA INAUGU

*P. P. Jenæ Dom. XIV. Trin. 17. Sept.*

J E N Æ,  
LITERIS WERTHERIAN

*Alten. H...*

